



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Pvgnā Spiritvalis**

**Scupoli, Lorenzo**

**[S.l.], 1599**

**VD16 S 5184**

Cap. XXXIII. De perfecta suŷpsius oblatione ad Deum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)

Deus abs te postulat: videlicet  
 vt ipsum præcipuè ames, ipsi-  
 que diligentius seruias, & te  
 totum liberè offeras ac dedas:  
 sicut iam te plenius docebo.



## CAPVT XXXIII.

*De perfecta suÿpsius obla-  
 tione.*

**O**bla- **V**T te Deo rectius, ipsique  
 tio gratius offerre possis; me-  
 Chri- ditare eius dilectissimum fili-  
 sti ero um, Dominum nostrum Iesum  
 ga Pa- Christum, dum in terris vixit,  
 trẽ cœ, non solùm seipsum, omniaq;  
 lestẽ. sua opera, sed & nos omnes  
 cœ-

cœlesti Patri suo obtulisse. Idcirco si & tu te ipsum, eidem cœlesti Patri offerre volueris; prius diligenter intuearis in Christum Dominum tuum, & meditare quomodo se & omnia, iam antea (vt dixi) cœlesti Patri obtulerit: & in hanc oblationem etiam conclude tuam, atque ex vtraque fac oblationem vnicam.

Deinde sedulò attende, vt ista oblatio tua sit ab omni appetitu libera ac pura: videlicet vt nec cœlestium, neque terrenarum rerum quicquam sed puram voluntatem, providentiamque Dei respicias: cui

cui

262 CAP. XXXIII. Pugnae

cui te totum intimè subijcies,  
& in holocaustum perpetuum  
ita trades, vt aliarum rerum  
omnium penitus obliuiscaris:  
Sicque ad eum loqueris: Ecce  
Deus meus, creator meus, tra-  
do me in æternam Prouiden-  
tiam tuam: fac mecum in om-  
ni vita, & morte mea: sed &  
post mortem, seu nunc & in  
perpetuum, quod tibi placu-  
erit.

Similiter cum ieiunia, ora-  
tiones, aliaq; opera bona Deo  
offerre volueris; considera pri-  
mum quòd Filius Dei, ista o-  
pera tua vnà cū suis antea ob-  
rulerit Deo, & sic vtraq; con-  
iun-

iunxerit atque vniuerit: quā-  
obrem & tu eadem sic offeras  
ac dones cœlesti Patri. Inde  
namque intelliges oblationes  
tuas è puro ac sincero corde  
proficisci. Et si tempore tribu-  
lationis huiusmodi oblariōes  
feceris; perfacile omnem an-  
gustiam, dolorem, miseriam  
atque pericula superabis, &  
Dei voluntatem rectissimè im-  
plebis.

Si verò Christi Domini no-  
stri opera, cœlesti Patri suo,  
pro delictis tuis offerre volue-  
ris, sic te geres. Principio ali-  
quantulum considera peccata  
tua, & vbi cognoueris te cœ-  
lestis

*Vt  
Christi  
opera  
liceat  
offerre*

lestis Patris iram per teipsum  
sedare eiusque iustitiae satisfacere non posse; accurre ad vitam, passionem & mortem Christi Domini nostri, & vnū aliquod ex istis, vitae aut passionis meditare. Videlicet, quomodo ipse ieiunauerit, aut orauerit, aut sanguinem fuderit; tunc intelliges quomodo ipsemet Christus, tale opus, seu dolorem suum, pro peccatis tuis, ad reconciliandū Deum tibi, obtulerit, dicens: O mi coelestis Pater, iam plenè satisfacio tuae diuinæ iustitiae pro peccatis huius serui tui N. & oro tuam diuinissimam Ma-  
iesta-

iestatem, vt parcas ei, & assu-  
mas eum in consortium ele-  
ctorum tuorum. In hac autem  
meditatione etiam & tu offe-  
ras cœlesti Patri, istam oblat-  
ionem vnigeniti Filij eius: ip-  
sumque pro te & alijs homini-  
bus ora, vt propter oblationē  
hanc ac nominis sui gloriam,  
benignè tibi & alijs condonet  
peccata vestra. Eandem spiri-  
tualem exercitationem utili-  
ter facere poteris in quolibet  
opere ac mysterio, quòd Chri-  
stus Dominus noster in hac vi-  
ta operatus est.

Qua de re adhuc valde mul-  
ta dicenda essent, sed hæc im-

**M** prae-

praesentiarum, pro concessa mihi facultate dixisse sufficiat. Et sane, si tu haec dicta, memoria retinere, opereque complere studueris; non parum, sed multum satis & didicisti & laborasti.

Scias tamen, ob intellectus tui imbecillitatem, & meam qua in hoc scripto uti oportuit breuitatem, tibi necessarium esse, ut omnia haec tradita, studiosissime mediteris. Per diligentem enim meditationem, & continuam exercitationem, magnum robur spiritus tibi certo conciliabis, ad  
supe-



superandos, profligandosque  
cunctos hostes tuos.

Vnusquisq; ergo apud se ipsū *Om-*  
statuat, se proposita hactenus *nes pu*  
arma in manus sumere, con *gnare*  
traque hostes suos strenuè, vi- *debet.*  
riliter, constanterque dimica-  
re velle. Pugna enim hæc eiuf-  
modi est, vt nullus hominum  
eam possit subterfugere, sed  
singulis quibusq; omninò pu-  
gnandum sit. Qui enim non  
pugnat, hic perpetuò victus,  
mortuusque iacebit, quicun-  
que fuerit.

Sed nec vlla spes est Pacis,  
quandiu nobis cum his hosti-  
bus negotia sunt: & quidem

M 2

omni-

omnium maximè nocent his, qui cum eis pacificè viuere, & quosdam velut inducias pacisci voluerint. Tu ergo eos, quantumlibet potètes & truculenti fuerint, ne timeas: quia omnis eorum potentia ac impetus, est in manibus supremi Ducis militiæ Christi Domini nostri, propter quem tu pugnam hanc subijsti. Ob idque nemo in hac pugna superatur, nisi sponte sua voluerit.

*Dei auxilium patienter expectandum.*

Nec te terreat, aut pusillanimum reddat, quòd Dominus Deus tuus, propter quem pugnam hanc ingressus es, suum auxiliū ad vincendum hostem,

stem, nonnunquã diutius differat. Certissimè enim tibi persuadere debes, ipsum Deum, ob summam bonitatem & omnipotentiam suam omnia quæ nobis suis militibus in quibuscumque rebus, negotijsque eueniunt (præsertim incommoda, aduersaque) in nostram vtilitatem dirigere, & vt in optatissimum finem exeant, benignè providere.

Hæc meditatio generabit in te cor excelsum ac constans ad pugnandum. Proindeque etiamsi victoria nonnunquam sequatur tardius, aut diutius differatur: credas firmiter id

M 3 pro-

propterea fieri vt latens in te  
superbia excludatur, vereque  
humilis fias ac maneat: Vel vt  
in virtutibus continuè magis,  
magisque proficias, & miles  
tandem exercitatus reddaris.  
Nam per varias, continuasque  
pugnas homo exercetur, mul-  
tumq; proficit in arte pugná-  
di: aut saltè obtinet aliud quod  
dam bonum, quod Deus in v-  
tilitatem eius benignè, sapien-  
terque aliquandiu occultat.

Propterea, dilecte fili, ala-  
cri & heroico animo ingrede-  
re hanc pugnam; ne sis ingra-  
tus Domino Deo tuo, qui tã-  
topere dilexit te, vt seipsum  
pro-

propter te, in mortem tradi-  
derit, mundumque sic pugnā-  
do deuicerit. Et attende dili-  
genter ad omnem volūtatem,  
omniaque mandata ipsius, vt  
& omnes ad vnum hostes tuos  
penitus extirpes atque proffi-  
ges. Quandiu enim vnicum ex  
ipsis viuere sinis, erit tibi fe-  
stuca in oculo, & in latere lan-  
cea, quæ te à gloriosa vi-  
ctoria semper im-  
pedient.

**F I N I S.**